



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

42 Fructus omnium beneficiorum generaliter vel spacialiter Sedi
Apostolicae reservatorum à die vacationis usque ad diem provisionis
cadunt sub spolio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

- 33 Negotiatio ¶ enim est duplex, licita, & illicita; licite negotiari licet, antequam quis sit ecclesiasticus, sed murato statu laicam in ecclesiasticum negotiari non licet, *cap. fornicari, & cap. ejiciens, 82. dist.*
- 34 ¶ Nam negotiatio ecclesiasticis est interdicta, *cap. decrevit, cap. consequens, cap. Episcopus, cap. perlatum: & cap. negotiatorem, ead. dist.* quia difficile est, inter ementis, vendentisque commercium non intervenire peccatum, *cap. qualitas, de poenit. dist. 5.* & pluribus modis ecclesiastici illicitè negotiantur.
- 35 Primò, ¶ possessiones conducendo, ut *cap. fin. 87. dist. & d. cap. decrevit.* quia semper intelligitur causa cupiditatis hoc fieri, nisi necessitas probetur, *gloss. in eod. cap. decrevit, in ver. conducere est enim cupiditas mater vsurarum, c. virum, 47. dist.*
- 36 Quapropter cupidi ordinari prohibentur; quia tales de facili deviant à vero, *dist. cap. virum, & cap. dilectissimi, 8. quast. 2.*
- 37 Sed, quando ¶ negotiatio non sit lucri causa, sed, ut necessitati subveniatur, non est clericis prohibita, ex traditis per Abb. *in cap. secundum, num. 1. ne cler. vel mon. & Navar. eod. commen. de spol. cleric. §. 7. num. 5. vers. qua omnia.*
- 38 Secundò, ¶ nec causas criminales, aut civiles secularium suscipere, aut pro illis coram iudicibus secularibus advocare possunt, *d. cap. fin. & gloss. in cap. 1. 15. quast. 2. cap. 1. & ibi Abb. num. 5. ne cler. vel mon. neg. sec. se immisc. & cap. 1. ext. de postul.*
- 39 Tertio, ¶ nec officium procuratoris exercere, quod ars nuncupatur, *cap. qui Episcopi, in fin. 1. quast. 3. d. cap. 1.*
- ne cler. vel mon. & gloss. in cap. 1. in ver. artem, eod. tit. in 6. & hæc procedunt regulariter, quò ad lites coram iudicibus secularibus, cessante necessitate, sed coram iudicibus ecclesiasticis possunt omnes advocare, licet, si sunt in sacris, salarium petere non possunt, cap. observandum, & d. gloss. in cap. 1. 15. quast. 2. & etiam pro te ipso, pro ecclesia, & si necessitas imminet, pro personis conjunctis aut miserabilibus, potest quis advocare, & procurare, cap. 1. & cap. fin. ext. de postul. cap. 1. & ibi Abb. num. 5. ne cler. vel mon.*
- 40 Quarto ¶ acquisita ex artificio, vel servitio per modos ecclesiasticis personis per sacros canones prohibitos, etiam aliter, quam per illegitimam negotiatioinem, ut toto tit. *ne cler. vel mon. & de cler. venat. & ex arte medica, & chirurgia, vel alia eis prohibita, atque ex obsequiis indecenter Regibus, Principibus, & aliis secularibus personis contra statuta canonum exhibitis, ut per eundem Navar. eod. commen. de spol. cleric. §. 7. num. 9.*
- 41 Episcopis eum, ¶ ne minus dignè loco cedant, aut Regum ministris, regulis, & Baronibus, personaliter interviant, per sac. concil. Trident. cum antiquorum canonum renovatione fuit expressè interdictum ut c. 17 de reform. sess. 25 & eisdè quidquid pro similibus obsequiis Principum largione acquirunt spolio cedit.
- 42 Sub spolio ¶ etiam cadunt omnes fructus, redditus, & provenus, ac jura, obventiones, & emolumenta quæcunque quomodolibet, & qualitercunque nuncupata omnium, & singulorum beneficiorum ecclesiasticorum cum cura, & sine cura secularium, & quorumvis ordinum regularium, & menasteriorum etiam

consistorialium, tam per constitutiones Apostolicas, quàm cancellariæ Apostolicæ regulas editas, & edendas, seu aliàs quomodolibet, & ex quavis causa generaliter, vel specialiter Sedis Apostolicæ reservatorum, seu affectorum à die vacationis beneficiorum pro rata temporis, usque ad diem provisionis, ut in litteris Pij IV. dat. Roma sub annulo piscatoris die 7. Decembris 1560. in Bull. Rom. cap. 29. & Navar. eodem tract. de spol. cler. §. 7. num. 2. vers. primo not. quæ loquuntur de beneficiis in Regno Neapolitano, & illius Provinciis per obitum, & aliàs quovis modo, præterquam per cessum, illa obtinentium pro tempore vacantium, quæ postmodum 44 per alias ejusdem Pij IV. litteras fuerunt ampliatæ, non solum in Regno Neapolitano, sed per totam Italiam, ut in eisdem litteris sub annulo piscatoris, die 25. Aprilis 1560. expeditis, in eodem Bull. cap. 36.

Idem cum generaliter omnes fructus beneficiorum reservatorum, & affectorum à die vacationis usque ad diem provisionis sint cameræ Apostolicæ, consequens est, 43 ¶ quod dicti fructus beneficiorum non reservatorum non exacti tempore vacationis obvenientes non sint Sedi Apostolicæ reservati; ut per Navar. eodem §. 7. num. 3. sed sint illius, cui spectant de jure, & jure canonico spectant successoribus beneficiatis. Nullus enim quorumcunque beneficiatorum, sive ex testamento, sive ab intestato decedentium fructus, &c. pecunias, & aliàs res per beneficiatos defunctos relictos, & ante illorum obitum non exactos, etiam si pro tempore ante 46 obitum hujusmodi decurso debeantur, ac eorum solutionis dies beneficiatis viventibus

bus advenit; & per ipsos beneficiatos non steterit, quominus illos exegerint, quinimo, omnem pro illorum exactione necessariam diligentiam etiam judicialiter agendo fecerint, quoquomodo exigere, aut etiam sponte oblatos percipere potest; sed successoribus in beneficiis debentur, ut in c. fin. ubi etiam gloss. in ver. reservari in addit. de off. ord. in 6. Baton, in conf. 138 num. 67 & 9. volum. 1. & in Motu proprio Iulij Papa III. die 6. Iulij anni 1550. in Cancellaria Apostolica publicato, in eodem Bull. Rom. c. 9. pag. 504. §. nos attendentes, & §. volentes & ita in curia Romana pluries servari, & judicatum vidi, nec aliter 44 judicari potest, quia dictus ¶ Motus proprius habet decretum irritans, &c. & clausulam, sublatam &c. quæ removel aliter judicandi, vel interpretandi facultatem, cap. si eo tempore. de elect. in 6. cum aliis alias allegatis, & infinitas lites tollit, quæ inter hæredes, & successores in beneficiis oriri solebant, quibus, ut plurimum laici in præjudicium successorum beneficiatorum fructus, & pecunias non exactas os bovi trituranti alligando exigebant, ut bene animadvertit, & quibus motus fuit Jul. III. in dict. const. de qua hic meminimus.

45 Fructus ¶ beneficiorum jurispatronatus tempore vacationis non cadunt in spolio, quia beneficia jurispatronatus non comprehenduntur sub reservationibus generalibus, vel specialibus. Felyn. in tract. quan. lit. Apo. noc. par. nu. 11. vers. limita secundo, & Covar. pract. quest. c. 36. numer. 1. vers. ex quibus.

46 Secundo, ¶ nec fructus beneficiorum vacantium in mensibus Ordinariis collatoribus de jure spectantibus, aut aliàs vi-